

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Wolf

**Programma Quo omnes omnium ordinum cives in academia Rostochiensi
invitantur, ad audiendam Orationem De Christo in horto agonizante, in urbe
patiente, in monte moriente**

Rostochi[i]: Pedanus, 1623

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733980376>

Druck Freier  Zugang



36.
21523.

PROGRAMMA
Quo omnes omnium ordinum
cives in academia Rostochiensi
invitantur,
ad audiendam
ORATIONEM
DE
CHRISTO.

in horto agonizante,
in urbe paciente,
in monte moriente:

quam in magno auditorio recitabit,
crastino die, hora prima,

IOHANNES VVOLPHIUS,
LUBECENSIS.



Imitation
at oratione.

Rostochi

Excudebat Joachimus Pedanus, academiæ typog.

clo Io CXXIII.

*iis, P. de genibus studiorum: Sapientia et
Eloquentia, harmonique medie.*



1623

DECANUS
COLLEGII THEOLOGICI IN
academia Rostochiensi,
PAULUS
TARNOVIUS,
D. & S.S. theologiæ Pro-
fessor.



Uli in stadio currunt, si metam
prefixam feliciter, & brabeum
propositum certo consequi vo-
lunt, non in incertum, sed viâ,
qua compendiosissime ducat,
quod volunt, contendere opor-
tet: qui in studijs rectè progre-
di, & ad finem optatum pervenire volunt; (velle
autem omnes, qui, quod audiunt, id esse student,
extra omnem dubitationem positum autunamus)
ijs non minus providendum est, ut legitimum finem
sibi proponant, & media ad hunc necessaria & què
prudenter ac constanter usurpent. Fines porrò stu-
diorum

diorum nostrorum proximi duo usitate constituantur:
prava et deona regi eum reuocare vult, ut apud Thucydi-
dem Pericles ait, sive sapientia & eloquentia.
Sapientia nomine comprehendimus, quicquid in
theologia, jurisprudentia, medicina, & Philoso-
phia vera, necessaria & utilis doctrinæ continentur:
eloquentia vero voce designamus facultatem aptè
& convenienter de his ipsis, quæ novimus, cum
alijs communicandi, ad Dei gloriam, & hominum
salutem atq; commodum. Media ad hæc tanta
bona certò consequenda si omnes, qui in studiorum
curso versantur, tam prudenter dispergerent, tam
constantem semel arrepta tenerent, quam vulgo no-
ta sunt, minus ecclesia, res publicæ, & schola labo-
rarent. quis enim ignorat, ad quemcunq; habitum
(inter habitus autem animi sunt sapientia & elo-
quentia) acquirendum necessaria esse tria: natu-
ram, artem, & exercitationem. Natura bonis
etsi non aquæ omnes instructissimus, sed probenepla-
cito summi omnium arbitri & dispensatoris plus
minusve acceperimus; tamen neminem, qui recte
suo aliorumve intelligentium judicio ad Musarum
castra sectanda se contulit, adeò nudum ab illis &
inanem reperiri statuimus, qui, si rectè annitatur,
non possit in secundis consistere, cum primas eidem
attingere hand liceat. Artis nomine comprehen-
dimus

dimus tum omnes doctrinas & disciplinas, sive an-
cillantes & subservientes, sive dominas, quæ vulgo
facultates appellantur, tum earum doctores peritos
& fideles: quibus ita operam dare convenit, ut &
publicè auscultando, & privatim legendo, repeten-
do, examinandoq; quisq; seipsum & alios vincere
contendat. Exercitatio deniq; licet sit varia, ejus
tamen præcipua duo genera in primis commendan-
tur, disputatio & declamatio: sub quibus stili, me-
moriae, pronuntiationis, & eorum, que his affinia sunt,
resu, puraque continentur. Hæc media & instru-
menta ad opes & divitias veræ sapientiae & elo-
quentiae comparandas omnia & singula esse condu-
cabilia nemo intelligens negaverit: præ ceteris vero
sui cultum assiduum ubertate fructus compensat sti-
lus. hic enim est, teste M. Tullio Cicerone, lib. i. de
oratore; optimus & præstantissimus dicendi effector
ac magister. Stili autem varia sunt genera: sed duo
eorum summa, à forma & differentia scriptio[n]is
sive compositionis desumpta, quorum alterum est
solutæ, alterum ligata orationis. In utroq; longè plus,
quam hodiè fit, opera ponebant, alijsq; ut ponerent,
auctores erant, qui superiori seculo repurganda do-
ctrina cœlesti, sapientiae humanae à barbarie vindic-
& utrūq; adminiculis linguarum & ar-
tium studijs postliminio restituendis incumbebant:

ex

ex quibus, quem perpetuum merentur, honoris cauſa
nomino, Dn. Philippum, Camerarium, ♂, qui his
etate paulo major fuit, Erasmus Roterodamus.
Eorum monita de hisce exercitijs legendi optimos u-
triusq; lingue auctores, ♂ cura studioq; assiduo ad
eorum imitationem sapienter ♂ eleganter dicendi
♂ scribendi, contra novos quosdam δοκητοφυεις λε-
γοντας, qui, relictā veterum laboriosa, sed fructuo-
sa, discendi ratione, nova, eaq; facilima, hujus cur-
sus compendia, quae tandem exitiosas, promittunt,
cum subinde juventuti studioſa inculcari summope-
re sit necessarium, ex ejus, quem ultimoloco citra
præjudicium colloca vimus, compendio perveniendi
ad veram theologiam, qua faciant, repeteret
opera pratiuum fore duximus. De utilitate ex le-
ctione bonorum autorum theologofuturo, necessaria
♂ vitandis non necessariis questionibus, agens, C.I.
b. ita scribit: Quod si quis clamabit, abs-
que exacta horum (controversias sui seculi in-
telligit subtilissimas ♂ intricatissimas) cogni-
tione non esse theologum, equidem
consolabor meipsum tot insignium viro-
rum exemplis, Chrysostomi, Cypriani,
Hieronymi, Ambrosij, Augustini, Cle-
mentis: cum quibus rhetorculus esse ma-

sim; quam cum quibusdam, qui sibi plus
quam homines videntur, theologus.
Idem de eodem hoc argumento, quod concernit fru-
ctum ex bonorum auctorum lectione & sedula ea-
rundem imitatione sperandum, tractans, paulo an-
tè, B. 7. b. scribit, quod non minus hodie, atque tum,
videbitur ~~magis~~, cum longè sit verissimum, in
hunc modum: Neq; verò me clam est, quan-
to supercilio quidam cōtemnunt poēticen,
ceu rem plusquam puerilem, quanta rhe-
toricen, quanta bonas, ut vocant, & sunt,
literas omnes. Attamen hæ quamlibet i-
stis fastiditæ literæ, insignes illos dedere
theologos, quos nunc proclivius est negli-
gere, quam vel intelligere, vel imitari. cu-
jus rei si quis sibi fidem fieri postulat, dispi-
ciat, quam multis hoc, quicquid est poeti-
cæ seu grammaticæ, ut ajunt, facultatis, æ-
mulari conatis non successerit. Anomi-
nibus tempore, ne quem offendam, etiam-
si semet cotidie libris editis produnt. hi si
politiores literas damnant, cur tam anxie
affectant politiem orationis? si probatur,
cur ab his deterrent felicius amplexuros?

De

De exercitijs vero declamandi, concionatoris munus aliquando in ecclesia recte, & cum fructu auditorum, obire volenti utilissimis, C. 2. a. ita monet:
Qui se rei bellicæ parant, ijs potissimum exercentur, quæ ad victoriam certissimè conducunt. Aliptæ futurum athletam, jam tum à puerō delectum fingunt ac formant in futura certamina, & ad scopum suum omnia destinant. At præcipuus theologorum scopus est, sapienter enarrare divinas literas: de fide, non de frivolis quæstionibus rationem reddore: de pietate graviter atq; efficaciter differere: lacrymas excutere, ad cœlestia inflammare animos.
Ad hæc jam inde à studiorum initio præludat futurus theologus potius, quam in alienis literis consenescat. Plura hujus generis ex eodem & ex alijs superioris, ejusq; felicioris, seculi virorum doctissimorum scriptis in hanc sententiam adducere possem: sed quia mibi non propossum est istud argumentum de legitima discendi ratione, & varijs ab ea aberrationibus in praesentia tractare, illa omitto, & quod caput hujus scriptoris esse ex dictis non obscure constat, eorum cognatus, qui scribendi dicendiq; exercitia in scolis amant

amant & colunt, commendandos, omniq; favone
& studio provehendos judico. ex horum nume-
ro se esse iamdudum, specimen publico orationis
in barbariem linguarum edito, ostendit ingeniosus
Eruditus juvenis, dn. JOHANNES WOL-
PHIUS LUBECENSIS: Et nunc iterum cathedra
publice usum, ad recitandam aliam, nostrae erga Sal-
vatorem, hoc tempore præcipue contestanda pietati
& amori optimè convenientem orationem, de
CHRISTO in borts agonizante, in urbe patiente,
in monte moriente, sibi indulgeri petijt. de quo
ipsius proposito cum per me significationem publicè
edi postularit, eadem opera Magnificum Dn. Re-
ctorem, Reverendos, CL. Consultiss. Excellentiss.
Et doctissimos professores, dominos collegas hono-
randos, totumq; cœtum in hac academia literarum,
amanter & officiōse invito, rogoq;, ut hoc officium
sibi decorum, nobisq; gratum cras hora prima in
audienda declamatione non gravatim præsent:
quo non tantum hunc juvenem in suorum studio-
rum parte haud postrema constanter persequenda
confirmabunt, sed alios ad ejusdem emulationem
suo favore & comprobatione excitabunt. P. P. sub
sigillo facultatis theologica. Rostochij cLo IcXXIII.
proprietate paschatos.

52 (1) 53

ex quibus, quem perpetuum merenti
nomino, Dn. Philippum, Camerar
etate paulò major fuit, Erasmus
Eorum monita de hisce exercitijs le
trisq; lingue auctores, & cura stu
eorum imitationem sapienter &
& scribendi, contra novos quosda
gnum, qui, relictā veterum laborie
sa, discendi ratione, nova, eaq; faci
sus compendia, qua tandem exitie
cum subinde juventuti studios& inca
re sit necessarium, ex ejus, quem ult
præjudicium collocavimus, compen
ad veram theologiam, qua hic fac
opera præmium fore duximus. Di
ctione bonorum autorum theologofu
& vitandis non necessarijs quastion
b. ita scribit: Quod si quis cl
que exacta horum (controversi
telligit subtilissimas & intricatis
tione non esse theologum
consolabor meipsum tot ins
rum exemplis, Chrysostom
Hieronymi, Ambrosij, Au
mentis: cum quibus rhetor

A 3



the scale towards document

Serial No. _____
Image Engineering Scan Reference Chart TE263

ausfa
ui bis
num.
nos u
uo ad
cendi
dixit
et tuo
scur
tunt,
ope
ra
iendi
ere
ex le
faria
, C.I.
abs
li in
gni
dem
viro
ani,
Cle
ma
lim